Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8308
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

eius sanguinem non
habebitis vitam in
vobis. Qui manducat
meam carnem et
bibit meum sanguinem
habet vitam
eternam. Et ego resuscitabo eum in novissimo die. Offertorium

Domine Ihesu Xpe rex
gloriae libera animas
omnium fidelium defunctorum
de manu inferni et de profundo lacu libera eas
de ore leonis ne absorbeat
eas tartarus ne cadant
in obscura sed signifer sanctus michael repraesentet eas in lucem sanctam

Quam olim abrahae
promisisti et semini eius. V.
Hostias et preces tibi domine
laudis offerimus tu
suscipe pro animabus illis
quas hodie memoriam
agimus. fac eas domine de
morte transire ad vitam. V.
Requiem eternam dona
eis domine et lux perpetua
luceat eis. V. Redempto
animas omnium xpianorum unde archan
gelum sanctum michaelem
ut ille dignetur
eas erripere de regionibus
tenebrarum et ponat
eas in sinu abrahae in
lucem sempiternam. Quam olim.